380
371

370

Clarissimo et doctissimo Viro Dn. Joh. Henrico Coccejo S. P. D.
Chr. Wittichius.

224.

A sorore tuâ majori natu intellexi te Hannoverae degere et brevi vacuam fore cathedram Theologicam per discessum Dn. Tilemanni. Eadem rogavit, ut te successorem ipsius commendarem hâc lege, si Scholastica Cathedra ab Ecclesiasticâ queat separari, quod hoc modo possibile fore arbitrati sumus, si tu posses contentus esse salario 150 vel etiam 100 Imperialium, quod illa in se recepit. Eâ fiduciâ scripsi ad Dn. Gulichium petens ut meis verbis apud Dn. Motzfeldium te commendaret. Ac verò haec tua quoque mens fuerit ipsemet scribas, poterisque de eâ cum nostro Gulichio agere. Ego quidem si tuo loco essem quamvis etiam exiguo salario hujusmodi spartum ambirem, quod in gradum stabilitum foret ad ulteriorem promotionem putarem. Tempus vetat plura addere. Vale et salve. Lugd. a. d. XXII Octobris 1677

Cl. et doctissimo Viro Dn.
Joh. Henrico Cuiejo SS.
Theol. D. dignissimo

Hammond